



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sermones magistri Nicolai deniise sacre pagine professoris

De Tempore Hyemales

Denisse, Nicolas

[Augsburg], 1510

VD16 N 1513

Sermo octauus Quasi modo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30599

Exempla etiā multa sunt in li. Iudiciū in multis ca. Unde Proverb. xvj. Lū pla- cuerint deo vie hoīs: inimicos quoq; ei? conuerter ad pacē. Et Baruch. iij. Quid est israel q; in terra inimicoꝝ es: inuetera sti in terra aliena, Confide veracit̄ et ag- nosce. Nam si i via dei ambulasses: habi- tasses utiq; in pace sup terram.

Tertius articulus. Audi. zc. Unde satis patet q; pro vera pace habenda principale omnium est deo famulari z a pec- catis abstinere. Cauete ergo a reciduo p quod grauius offenditis diuinam maies- tatem. Et lex dicit: Delicta sepius com- missa grauius puniri. ff. de re. mili. l. iij. §. Si plures. Et. xxv. q. ij. ita nos. Similis quippe est recidiuans criminoso cui rex se- cit gratiam et iterato iniuriam facit regi qui tunc grauius est puniendus. Ex p̄ he notando illud Deut. xxvj. Pro men- ra delicti erit zplagaz modus.

Sermo octauus
Quasi modo.

Ecce ascendi

Emus zc. Dñe quis habitabit in tabernaculo tuo: aut q̄s re- quiescet in monte sancto tuo. psal. xliij. In his verbis ostendit q; ascendere hierosoly- mā et ibi habitare res ē difficilis. ideo dī. Quis habitabit. i. honorabilis in taberna- culo tuo delectabit: aut quis requiescet zc. De pmo ps. Quis ascendet in montem dñi: aut quis stabit in loco sancto ei?. De secūdo ps. Beati qui habitant in domo tua dñe. De tertio Hebre. iij. Festinem? ingredi in illam reqem. **Ecce zc.**

Primus articulus An in celesti hie- rosolyma habeant omnes equalē ha- bitudinem: Q. sic. Matth. xx. Acceperunt omnes singulos denarios. Itē Au- gustin? sup Joā. Omniū beatoꝝ par est gaudium. Contra. Joā. xliij. In domo pa- tris mei mansiones multe sunt. Respo- det Bonauē. in. iij. dist. lxi. Beatitudo dicit dupliciter. Vel satiās affectum siue obiectum. Vel satiās informatiue siue p- fectio. Prio modo vna est beatitudo: vna

est merces: vnum premiū vicz vnus deus. Secūdo beatitudo vna est vnitare con- formitatis et cōnexionis: sed non quanti- tate gaudij z remunerationis. Et cum di- cit Aug. omniū bonoꝝ esse par gaudij: intelligendum est non intensiue sed exten- siue. quia de iisdē z de tot gaudet vnus de quibus et de quot gaudet alter: sed nō pa- ri effectū. Hee Bonauē. Pro fundamē- to. Omnis bonitas z perfectio a deo est z datur creatur; nō equaliter. Arist. j. de ce- lo. A primo ente singulis communicatur esse: h. s. q̄dem clarius: his p̄o obscurus. Eri queritur causa diuersitatis: accipe Iuuenalem. quasi in p̄ona dei: Sic volo sic iubeo: sit pro ratione volūtas. Sed q; rif An in celesti zc. sit verum de beatitudi- ne celesti. Dic respōsiōē vt s. Et qua cō- clude q; min- n? beatoꝝ habet gaudia in- numerabilia z nobis inextimabilia. De hoc Ansel. Quod q̄so maius gaudij ex- cogitari potest: Tunc certe cuiuslibet ta- ti gaudij plenū erit. Nam intus z extra sub? et supra imo circūquaq; mirabiliter gaudebit. Et certe si possibile esset huius- modi gaudia vel eoꝝ minimū videre: oia statim despicerent que vident delectabi- lia in vita p̄senti. Figura in Petro Bar- thei. xvij. qui videns domini transfigura- tiōē: statim dulcedine ebrius dicit: Do- mine bonum est nos h esse: omnia tempo- ralia vilipendens. Expone. Multo ampli- us inebriabunt diuina dulcedine qui cla- ritate videbunt diuine essentie. Unde z beatus Paulus post q̄raptus est in celuz dicebat. Via arbitroz. vt stercoꝝa vt chīm lucrifaciam: Ad Phil. iij.

Secundus arti. In preced. zc. Nunc dicendum de pace gratie supernaturalis: que est triplex.

Pax interna.

Pax fraterna.

Et pax eterna.

Prima est pax interna. i. consciētie. In na- turalibus videmus q; vnaqueq; res natu- raliter tendit in locum sue quietis: Sic z anima rationalis donec pacem inuenerit/ appetitus eius terminari nō potest. Sed hanc pacem nemo inuenire potest nisi in deo. Joā. xvj. In me pacē habebitis, nec

Dominica Quasi modo

custodiri potest nisi in puritate. **Psalmus** dicit Paulus. **Heb. xij.** Pacem sequimini et san-
ctimoniam sine qua nemo videbit deum.

Secunda est pax fraterna quam facit chari-
tas proximi: quae nobis est necessaria si deum vo-
lumus habitare nobiscum. **q. Co. vi.** Pacem
habere et deus pacis et dilectionis erit vo-
biscum. **Tertia est pax eterna:** quam eleganter
nobis describit dominus **Esai. xxxij.** Sedebit
populus meus in pulchritudine pacis: in tabna-
culis fiducia: et requie opulenta. **Ubi inui-**
tur primo: quod pax illa eterna est summe honorabilis
cum dicit. Sedebit populus meus. **Q**uia honorifici-
cum est dominus deus dei **Ps.** Beata gens cu-
ius est dominus deus eius: populus quem elegit in
hereditate sibi. **Secundo** quod illa pax est summe
delectabilis: cum dicit. in pulchritudine pacis.
Ecc. xlij. Pulchritudinem candoris eius ad-
mirabitur oculus. **Q**uanta est pulchritudo il-
lius celestis palatii. **Tertio** quod illa pax est omni-
modo desiderabilis. **Tum** propter securitatem:
quod in tabernaculo fiduciae **Levi. xxvj.** **Ab-**
que pauore habitabitis in terra vestra **Psalm.**
Quia dilecta tabernacula tua domine virtutum
Tum propter quietis stabilitatem: quod in rege
Esa. lviij. Requiem tibi dabit dominus deus tu-
us semper. **Tum** propter bonorum veritatem quae
dicitur opulenta **Esa. xxxij.** **Oculi** tui vide-
bunt civitatem opulentam. **Per** oppositum autem
in mundo haec nulla securitas: nulla stabili-
tas: nullum verum gaudium sed vanum: nulla ve-
ra pax: sed inquietudo et instabilitas cum ipse
mundus sit labilis. **Ubi** **Gre.** Qui labenti
innititur necesse est ut cum labente labatur. **Ubi**
dus reuera potest dici locus ille de quo **Esai.**
xxxij. **Erit** cubile draconum: et pascua stru-
thionum: et occurrent demonia onocenta-
uris: et pilosus clamabit alter ad alterum
Ubi accubabit lamia: et requies sibi inuenit
Ubi habebit foueas hericium et enutrit
catulos. **Illic** congregati sunt milui alter
ad alterum. **Ubi** nota quod mundus est cubile di-
uersorum generum peccatorum. **Ubi** enim requiescunt
auari inflammati cupiditate **Ubi** sunt draco-
nes igne cupiditatis spirantes. **Ps.** **Sup.**
cecidit ignis. scilicet cupiditatis et non viderunt
solem. **Ubi** desidiosi aggrauati torpore et
repiditate. **Hi** sunt struthiones. **Struthio**
enim est avis ita ponderosa quod non potest volare
Ubi multi obstinati in perversitate. **Hi** sunt
demonia **Ubi** effrenati crudelitate. **Hi** sunt

onocentauri. **Onocentaurus** est animal cer-
uicosum et crudele. **Ubi** loquaces occupati
verbositate. **Hi** sunt pilosi. **Pilosus** enim
salarat clamat et ludit. **Sic** **ps.** **Ubi** sunt
luxuriosi iniqui carnalitate **Hi** sunt lamie
Lamia enim monstrum luxuriosum. **Ubi** frau-
dulenti cumulat mundana cupiditate et pro-
spere. **Hi** sunt hericium spinis et fraudu-
lentis armati. vel spinis. id est diuitis: punge-
tibus cor humanum. **Ubi** latrones delectati
rapacitate. **Hi** sunt milui qui pullos rapiunt
Propter horum itaque frequentiam: plurimum
perturbat mundus: et nulla in eo vera stabili-
tas aut pax inueniri potest. imo in mundo
omnia variabilia sunt. **Exemplum** refert **Tul-**
lius in libro de finibus bonorum et malorum. et **Ca-**
lerius libro de mutatione morum et fortune. **Et**
Plinius in historia naturali quod polycrates
saxorum tyrannus fortunam adeo obsequiosa
habuit: quod omnia desiderata proficiebat. **Ad-**
moderandum igitur fortune inuidiam sumptus
in manu anulo quem preciosum habebat in
mare iecit: sed inopinatum illum repente recu-
peravit. **Nam** post dies paucos a piscato-
ribus pisces captus qui anulum sibi fuerat ty-
ranno datus est. **Accidit** tandem quod aduersus
darium regem persarum duxit exercitum: **Et**
orontes profectus variis illi acie fuderit ce-
pitque et in summo megalensis montis ver-
tice suspendi iussit. **Et** relictus auro lace-
randus: quod ubique felicissime terra vixerat:
in aere miserrime expiravit. **Ideo** bene vi-
dit **Eccl. ij.** **Transeunt** universa sub celo.
Tertius articulus **Audistis** et cetera. **Si** quod
inuenistis pacem conscientie per per-
nitentiam veram: studete eam seruare ne for-
te si ad manus inimicorum redieritis: merito
cum ipsis relinquamini: cum non possit
esse alius regressus nisi ex scientia vestra et
consensu. **Dicit** regula iuris. **Scienti** et co-
sentienti non fit ei iniuria neque dolus. **ff. de**
regulis iuris **Homo.** **Pone** casum in inge-
nuo qui scienter contrahit cum serua vel
econuerso. **xxij. q. ij.** **Siquis** ingenuus.
Notate itaque quoniam recidivans similis
est viatori in latrones incidenti: qui solutus
ab eorum vinculis: ad eos sponte reuertitur:
cui nulla fit iniuria si ibi dimittatur.
Expone et applica notando illud **Eccl. ij.**
Qui amat periculum peribit in illo.